

LIBER  
PASTORALIS  
DIVI GREGORII  
MAGNI,

PONTIFICIS SUMMI SANCTÆQUE ECCLESIAE  
Doctoris: cuius tertiæ Partis Sententiæ, animarum Rec-  
tores, qui bene vivere noverunt, instruunt, qualiter  
sibi subjectos regere debeant: Denuo in gratiam,  
& favorem Directorum animarum, amplian-  
tur, & illustrantur, sola, & sinceriter  
proposita,

ANGELICI DOCTORIS D. THOMÆ AQUINATIS  
mira, tutissima, inconcusaque celsa semper, & clara  
doctrina.

OPERE, ET LABORE R. P. Fr. ANTONIJ CAPELO,  
*Astoricensis Ordinis Prædicatorum, & S. P. N. Dominici  
Legionensis Conventus filij: Atque inter Collegas, &  
Artium Lectores in Gregoriano Vallis-Oleti  
Collegio, olim enumerati.*

EISDEM SS. DD. GREGORIO, ET THOMÆ  
Opus, & labor. D.

---

CUM LICENTIA

---

MATRITI: Ex Typographia Hieronymi Roxo,  
Anno Domini 1730.



# SANCTISSIMIS

ECCLESIAE LUMINARIBUS,

Caelestisque sapientiae Doctoribus.

D. GREGORIO MAGNO, ET THOMAE

Angelico. Morum, Doctrinae, totiusque

scientiae Magistris.

SS. PP. ET DD.



EC vestra sana, celsaque dogmata, magnarum mentium vestrarum luce suffulta, splendore ornata, ac veluti omnis sapientiae praesidijs undique circumfussa, sub quo alio, nisi sub vestro clarissimo nomine, publici iuris facere æquum fuisset, praecipue à vestrae magnificae, & sanctissimae eruditionis amantissimo filio, & discipulo? Ambient alij terrenae authoritatis nomina, quibus labores suos, vel muniant, vel commendent: me peregrinum auxilium desiderare non decet, qui vestri magni nominis umbram discipulatus iure, propria quamvis tenuitate repugnante, amore tamen debitoque impellentibus habeo, & letus illud Sponsae accinere constringor: *Sub umbra illius, quem desideravi, sedem, & fructus eius dulcis gurguri meo*: illius (inquam) nam Magni

PASTORALIA  
**PROLOGUS**  
IN PASTORALIA B. GREGORII  
PAPÆ,

AD SANCTISSIMUM  
Joannem Episcopum Civitatis  
Ravennæ.



**P**ASTORALIS cura me pondera fugere delitescendo voluisse, benigna, frater charissime atque humillima intentione reprehendis: quæ ne quibusdam levia esse videantur, presentis libri stylo exprimo de eorum gravedine omne quod penso: ut & hæc qui vacat, incautè non expetat: & qui incautè expetit, ademptum se esse pertimescat. Quadripertita verò disputatione liber iste distinguitur: ut ad lectoris sui animum ordinatis allegationibus quasi quibusdam passibus gradiatur. Nam cum rerum necessitas exposcit, pensandum valde est, ad culmen quisque regiminis qualiter veniat: atque ad hoc ritè perveniens qualiter vivat, & bene vivens qualiter doceat, & rectè docens infirmitatem suam quotidie quanta valet consideratio-

ne cognoscat: ne aut humilitas accessum fugiat: aut perventioni vita contradicat: aut vitam doctrina destituat: aut doctrinam presumptio extollat. Prius ergo appetitum timor temperet: post autem magistrum quod à non requirente suscipitur vita commendet: ac deinde necesse est ut pastoris bonum quod ostenditur vivendo, etiam loquendo propagetur. Ad extremum verò superest, ut perfecta quæque opera consideratio propria infirmitatis deprimat: ne hæc ante occulti, arbori oculos tumor elationis extinguat. Sed quia sunt plerique mihi imperitia similes, qui dum metiri se nesciunt, quæ non didicerunt docere concupiscunt, qui pondus magistrum tanto levius estimant, quanto vim magnitudinis illius ignorant, ab ipso libri huius reprehenduntur exordia: ut qui indocti ac precipites doctrinæ arcem tenere appetunt, à precipitationis suæ ausibus in ipsa locutionis nostræ ianua repellantur.

INDEX.

prædicari.

655.

CAPUT VNICUM.

CAPUT VI.

De opere prædicationis , &  
voce. 656.

Quarta pars tractans quali-  
tèr prædicator omnibus  
ritè peractis ad semetip-  
sum redeat. 657.

FINIS.

